ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

RESPONDENTI

PRÆSES

FELICITATEM.

ETsi meo elogio ac commendatione minime eges, propriis utpote virtutibus, industria atque litterarum egregia cognitione exsplendescens; non possum tamen non publice testari, eum TE esse, cujus exemplum imitentur Juvenes alii nobili prosapia oriundi. Neque enim quisquam fere est tui ordinis, qui per quinquennium & quod excedit, in schola commoretur, immo opinantur plurimi, longiorem moram sibi detrimento fore, & solidam cognitionem rerum usui adversari. Quod sicuti à falso proxime abest; ita id inprimis operam dedisti, ut ne præsumtæ huic opinioni locum dares, sed cœpto semel tramite decurrens ipso facto ostenderes, quantum inter umbram eruditionis & doctrinam ipsam differentiæ intercederet. Neque enim vitæ discit, qui aut nihil, aut parum discit. Quin ita potius partienda videntur vitæ nostræ tempora, ut nonnihil speculationibus tribuendum sit, antequam in forum, curiam, aulam cum fructu sese conferat quisquam. Cumque a TE, quæ indicavimus, sollicite sint observata, ut qui tum in Lipsiensi Academia, tum Fridericiana nostra sapientes semper doctores sectatus es, eorum præceptis diligentissime auscultans; idcirco spes est non levis, felicissime versaturum TE aliquando in rerum actibus, quibus TE PRINCEPS tuus virtute ac prudentia vere magnus haud dubie indulgentissime destinabit. Faxit DEUS, ut, quæ PATER tuus, Vir illustris ac primarius, enixe cupit, ac tua virtus meretur, inter plausus atque acclamationes amicorum, faustissime consequaris. Halæ Magdeburgicæ ipsis Kalendis Novembris CIↃ IↃ CCXX.

XI.

DISSERTATIO

DE

CURIIS SUPERIORIBUS IN GERMANIA,

Von

denen Oberhöffen in Teutschland/

PRÆ-

PRÆSIDE

CHRISTOPH. FRIDERICO HARPPRECHTO,
J.U. D. Ser. Ducis Würt. Consil. & Juris Prof. Publ. Ord.

PRO LICENTIA

defensa ab Auctore & Respondente

JOHANNE GEORGIO MüLLERO, Heilbronnensi.

TUBINGÆ, 1732.

J. N. D. N. J. C.

PROOEMIUM.

MAteriam de antiquis in Imperio Romano Germanico olim usitatis, postea vero abolitis Judiciis Germ. Oberhöffen pertractantibus, Præfaminis loco de variis, qui quondam in Germania existere, judicibus aliquid præmittere liceat. Ad tempora recurrentes antiquissima, deprehendimus, Germanis fuisse *Principes*, qui jura per pagos vicosque reddiderunt, Tacit. *de morib. Germ. c. XII.* Cæsar de B. Gall. Lib. VI. c. 23. hos autem fuisse nobili stirpe natos, idem prodit Tacitus Cap. XIII *Insignis*, inquiens, *Nobilitas aut magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescentulis assignant.* Verum enim vero penes hos solos juris dicundi potestas haud fuit, sed ex ipsa plebe delecti nonnulli, judicio Assessores dati. Conr. *Diss. de urb. German. Thes. 47.* Nec illis fuit jus aut tributum suis indicendi, nullum item fuit belli ac pacis arbitrium, nisi plebis consensu impetrato. Constituti fuerunt in majoribus totius populi comitiis, uti clare Tacitus *de M. G. Eliguntur*, inquit, *in iisdem Conciliis & Principes.* Adeoque eligendi jus non fuit penes unius alicujus pagi incolas, sed apud optimatum & delectorum ex omni plebe Concilium Conring *cit. Dissert. Thes. 48.* Principes hos, quos appellat Tacitus, ac antiquissimis usque temporibus Germanice Graven dictos fuisse, asserit Conr. *in D. modo alleg. Th. 49.* vocem vero Grav a Grau derivari posse puto, ac Graven ita è canitie fuisse appellatos, testatur Meinders *D. de Jurisdictione Colonaria & Curiis Dominicalibus, & in append. ad ejusdem D. de Origine, officio ac munere Gograviorum* § 5. Unde post apud Francos nomen Gravionum, quo nomine ipsi Comites suos nuncupabant, permansit, nimirum senes canitie venerabiles ad munus judiciale præcipuè deligebantur, Hert. *Notit. Veteris Germaniæ populorum Cap. 4. §. 7.* hincque vox Gravionis judicem significabat, Meinders *Diss. de Jurisd. Col & Curiis Dominical. l. c.* Besold. *Thes. Pract. voc.* Grav. Quam significationem & sequior ætas tenuit, *Gloss. Spec. Saxon. Lib. 3. art. 13.* Ein Grav bedeut

nach altem Sächsischen Teutschen einen Richter, darum haben diesen Nahmen viele unterschiedene Richter Knichen *de jure territ. cap. 4. n. 95. seq.* Besold. *Consil. 195. n. 10. seq.* Wehner. *obs. Pr. voc.* Grav, Grafschafft. Schilter *ad Jus F. A. c. 1. §. 13.* Hert. *D. de Orig. & progress. spec. J. R. G. §. 2.* & passim. Assessorum his principibus junctorum jam antiquitus receptum nomen Germanis est Schepen, Schöpffen, Schöppen, qui concurrentem cum principibus habebant Jurisdictionem, Conr. *supra all. Disp. Thes. 49.* Quæ Jurisdictionis autem, eadem & meri mixtique Imperii fuit ratio. Nec enim legas, vel delectos illos Scabinos sine Gravione, vel sine Scabinis Gravionem in quemquam animadvertisse. Ita nec de summa Reip. quicquam constituere vel plebi licuit soli, vel soli Gravioni: Sed ad Concilium, si quid majoris rei esset constituendum, etiam ex plebe delegati una cum principibus convenerunt. His tamen inter se de minoribus rebus consulere & statuere fas erat, etiam inconsulta plebe; de majoribus vero negotiis non nisi eâ adhibita, Conr. *c. D. Th. 50.* & ejusdem *D. de Ducibus & Comitibus Imp. German. Th. VII.* Quod expressis verbis docet Tacitus de M. G. *De Minoribus*, inquiens, *rebus Principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur.* Ex quo liquet, in omnibus his maximam tamen vim & autoritatem principum fuisse. Conr. *c. l.* Sub Regibus stirpis Merovingicæ judiciaria potestas erat penes *Comitem s. Præfectum Palatii*, qui *Major Domus* dicebatur, & de omnibus secularibus causis curam instanter habebat, ut nec seculares prius Regem absque ejus consultu inquietare necesse haberent, quousque ille prævideret, si necessitas esset, ut caussa ante Regem merito venire deberet. Præterea in hoc maxime ejus solicitudo erat, ut omnes contentiones, propter æquitatis judicium Palatium aggredientes, juste & rationabiliter determinaret, seu perverse judicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram Deo propter justitiam, & coram hominibus propter legum observationem cunctis placeret, Lehmann *Chron. Spir. lib. 2. cap. 9.* Id vero notandum, quod Comiti Palatii in causis principum Imperii, non nisi cum speciali Regis mandato, judicis officio fungi licuerit, sed solummodo inferioribus Jus dicendi potestas concessa fuerit; Id quod testantur Cap. Franc. *lib. 3. cap. 77. de Episc. Comitib. & potentioribus, qui causam inter se habuerint.* ubi ita: *Neque ullus Comes Palatii nostri potentiores causas sine nostra jussione finire præsumat, sed tantum ad pauperum & minus potentium justitias faciendas sibi sciat esse vacandum.* Ad hanc Dignitatem illi tantum evehebantur, qui facultatum copia abundabant, ac illustris prosapiæ splendore aliis præfulgebant. Eginhardus *in vita Caroli M.* Ut plurimum unicus tantum Palatii Comes hoc judicis officio perfunctus est; Ast postea Carolus M. hoc mutasse & plures constituisse, atque ita nimiam, quam major Domus intuitu officii sibi arrogabat, potestatem

tem diminuisse videtur, non ignorans, Patrem Pipinum aliosque antecedentes Majores Domus Regibus se æquasse, vices eorum occupasse, iis nihil præter inane Regis vocabulum reliquisse, ac omnem potentiam summamque Imperii ad se traxisse, Eginh. *in vita Caroli M.* ubi ita: *Opes & potentia Regni penes Palatii Præfectos erat, qui Majores Domus dicebantur, & ad quos summum Imperium spectabat: Neque Regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barbâ submissâ solio resideret, ac speciem dominantis effingeret legatos undecunque venientes audiret, iisque abeuntibus responsa ex sua velut potestate redderet.* Atque tales quidem Palatii Comites ex qualibet Imperii natione eligebantur, ut unusquisque subditus in sua lingua audiri, ipsique solatium auxiliumque impertiri potuerit. Lehm. *L. 2. c. 9.* Sub Regimine porro Francorum Ducibus Provinciarum Administratoribus suberant *Comites*, qui in Civitatibus ac pagis jus dicebant, Lehm. *Chr. Sp. Lib. 2. c. 21. 22. 23.* Struv. Einleitung zur Reichs-Historie im dritten Absatz §. *20.* Conring. *D. de Duc. & Com. Imper. Germ. Thes. 14.* Etenim, quemadmodum unusquisque Ducatus in certos pagos erat divisus; Ita cuilibet tali pago, Gove dicto, Conr. *D. de Urb. Germ. Thes. 51. & de Judic. Reip. Germ. Th. 83.* Comes præficiebatur, Gogravius inde appellatus, Lehm. *Chr. Spir. Lib. 2. C. 9.* qui justitiam administraret, *l. c. c. 17.* cum delectis è populo aut Scabinis, *c. l. c. 9.* Conr. *l. c.* Struv. *supra all. l.* Ævo Carolingico præ aliis judicibus eminebant *Missi*, quorum officium clare proponitur in Capitulis Caroli & Ludovici *Lib. 2. c. 26.* his verbis: *Ad hoc à nobis missi constituti, ut, si quilibet Episcopus aut Comes ministerium suum propter quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat, & cum eorum adjutorio ministerium suum adimpleat. Et si talis causa fuerit, quæ per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur. Et si forte Episcopus aut Comes aliquid negligentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur: Et omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, ut, quicunque per negligentiam, aut incuriam vel impossibilitatem Comitis justitiam suam acquirere non poterit, ad eos primum possit querelam suam deferre, & per eorum auxilium justitiam acquirere.* Dicti fuere Missi, eo quod ab Imperatoribus in provincias mittebantur, jus ibi dicendi, & quorumcunque querelas audiendi ac decidendi. Lehm. Chr. Sp. *lib. 2. cap. 10.* At nec hi soli judiciaria gaudebant potestate, verum etiam *Comites*, utpote quibus Leges Francicæ inculcabant, ut pleniter justitiam diligant, & juxta vires eorum expleant, ac quorumcunque querelas plenissima & justissima deliberatione definiant. *l. c. c. 17.* His Comitibus, quia sæpius quà consiliarii ad obeundum suum munus in aula Imperatoris versabantur, vel exercitum in expeditionem educebant, fuerunt adjuncti *Præpositi*, Germ. Statthalter, Vögt, Schultheiß, qui in Comitatu judicium exercuere, vid. Lehm. *l. c. c. 22.* una cum *Scabinis* sive Assessoribus, quorum electio

penes missos, vel Comites & populum erat. *L. all.* Quamvis autem jam dixerimus, potissimam muneris Comitum partem absolvisse justitiæ administrationem; hoc tamen etiam certum est, non unam horum eandemque semper fuisse conditionem, sed varia eorum genera orta fuisse, tum à locorum varietate, quibus ut præessent erant constituti, tum negotiorum diversitate, quibus occupabantur, cognominatorum; Vid. Burcard Gotthelff Struv. *in dissert. de offic. Imp. Saxonicis, sect. 1. §. 3.* Sic sub Carolingis fuerunt *Comites Palatii, Comites, & Centenarii*, à Centenis, in quas regiones distinctæ erant, dictorum, *capit. lib. 3. c. 10. lib. 4. c. 23. apud Lehm.* Marquardus Freherus *in Orig. Palat. lib. 1. c. 2.* qui in Comitatu justitiam administrabant, tam in Civilibus quam Criminalibus jus dicendo, & delinquentibus pœnas legibus Imperii definitas irrogando, Lehm. C. S. *lib. 2. cap. 17.* A Comitibus Provinciæ sub Carolo M. distinguebantur *Comites Palatini* sub Imperatoribus Saxonicis, quod illi in universa provincia, cui erant præpositi, jura reddebant; hi vero terram Palatinatui adjectam solum gubernabant, in eaque potissimum jurisdictionem exercebant; Struv. *c. l. §. 6.* A quibus differunt *Marggravii*, à voc. *March* limitem vel fines notante, nominati, Lindenbrog *Glossar. voc. Marcha.* Marquard. Freher. *in Orig. Palat. all. loc.* qui finibus præfecti incursionibus hostium resistebant: & simul ibi jus dicebant, Conr. *Diss. de Duc. & Comit. Imp. Germ. Thes. 17.* Struv. Einleitung zur Reichs-Historie 5ten Absatz §. *f.* nec non *Burggravii* à *Burgo* seu castro vocati, Marq. Freh. *l. c.* qui munimentis, quæ arcium nomine veniunt, & locis finitimis regendis atque tuendis præstituti erant, Struv. *D. de voto Burggraviatus Strombergensis §. 2.* Conr. *l. c.* ac simul jus dicebant, secundum Speculum Saxonicum *Part. 3. art. 52.* apud Struv. *l. c.* A variis his judicibus jurisdictio non nisi nomine Cæsaris exercebatur, Kemmerich *Introd. ad Jus P. lib. 7. cap. 5. §. 16.* Conr. *D. de Jud. Reip. Germ. Thes. 36. usque 39.* cuique vero recursus ad Judicium Regium patebat; Conr. *c. D. Th. 36. 38. 63. & passim.* At ob Imperii Germanici amplitudinem hoc non sufficiebat, sed hinc inde judices provinciales constituebantur; id quod patet ex Suevico Jure Feud. Ao. 1452. Norimbergæ collecto apud Schilter. *Cod. Jur. Alemann. Feud.* Die Mann sullent komen für den Landrichter in des Gerichte ꝛc. Et cum turbulentis Interregni magni temporibus diffidationes orirentur, ac ubique judicia exularent; *Arbitraria Judicia*, quæ semi Germanica voce *Austregæ* appellantur, constitui cœperunt, Conr. *c. D. Th. 53. 54. & seqq.* B. G. Struv. Einleitung zur Reichs-Historie im 8ten Absatz §. *13. & Synt. Jur. Publ. c. 24. §. 35. seqq.* cum quibus quandam habent affinitatem ea judicia, quæ Germanice Oberhöffe nominantur, & de quibus aliquid pertractare certum est. Cum autem hæcce materia, (uti Kressius *in Comment. ad const. Cr. Car. not. ad art. 219.* fatetur) à Commentatoribus

ribus ſicco ſocco hucusque fuerit præterita, ſpes me fovet pulcherrima, fore, ut Tu, B.L. mihi, cui non Commentarium, ſed ſaltem Diſſertationem ſcribendi animus eſt, ſi quæ melius exhauriri potuiſſent, ignoſcas, eaque, quæ ex Archivis publicis depromere potui, æqui bonique conſulas. Deus interim T. O. M. hunc laborem exoptato auſpicio ac ſucceſſu ſecundet.

Theſis I.

Germanis veteribus ſimplici ratione fuiſſe proceſſum, neminem Hiſtoriæ rerum Germanicarum peritum fugiet. Quamvis enim jure, utut non ſcripto, haud carerent, ac circa juſtitiæ adminiſtrationem plurimum eſſent ſolliciti, modus tamen procedendi brevis erat, Struv. *Hiſt. Jur. cap. 6. §. 1.* Simplicibus tum populi non aſtuti non callidi Tacit. *de M.G. c. 22. §. 5.* moribus conveniens, legum multitudini, Advocatorum malitiæ, lucri cupidini lites protelanti adverſantibus. Hinc factum, ut ipſæ etiam graviſſimæ inimicitiæ tam cito fuerint compoſitæ, id quod diſerte teſtatur Tacitus *de M. G. c. 21. Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui quam amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa Domus &c.* Talem proceſſum ſimplicem, facilem, ac brevi tempore circumſcriptum & multis inſequentibus temporibus obtinuiſſe, nec controverſias obortas in longum protelatas, ſed ex receptis moribus ex æquo ac bono ſententias pronunciatas fuiſſe, nos docent Conr. *Tr. de Orig. Jur. German. cap. 25. & diſſert. de Judic. Reip. German. Theſ. 52.* Struv. *Hiſtor. Jur. §. 14.* Lehmannus *in Chronicis Spirenſibus lib. 4. c. 21.*

Theſ. II.

Hæc juris morumque ratio apad Germanos ſenſim fuit continuata. Namque licet Seculo XIII. Jus Civile æque ac Jus Canonicum pedetentim fuiſſet in Germaniam introductum, Hert. *D. de conſult. legib. in Special. Germ. Rebusp. §. 15.* id quod ex eo patet, quod in Jus Saxonicum, cujus natales plerique DD. ad confinia Seculi XII. & Seculi XIII. & quidem ad tempora Friderici II. Imperatoris referunt, Conr. *de Orig. Jur. Germ. cap. 30.* multa ex Jure Civili Juſtinianeo fuerint inſerta, Struv. *Hiſtor. Jur. cap. 6. §. 39.* Stryk. *Diſſ. prælim. ad Uſ. Mod. ff. §. 10.* Speculum Saxonicum *art. 56. lib. 2.* & à Seculo XIV. magis invaluiſſet in Germania Jus Juſtinianeum, teſte Srruvio latius hoc deducente *in Hiſtoria Jur. cap. 6. §. 30.* dum erectis Academiis juris Civilis Profeſſores conſtituebantur, exinde etiam in Aulas Imperatorum accerſebantur homines in utroque jure edocti, de quo quidem contrariam fovet ſententiam Conringius *de Orig. Jur. Germ. §. 32.* demonſtrare contendens, nonniſi Seculo Decimo Quinto in Scholas atque fora Germaniæ introductum fuiſſe Jus Civile, & quæ ante hæc tempora fuerint initia, admodum tenuia: Tantum tamen abfuit, ut tales

erectæ

erectæ Academiæ & hinc inde exsistentes Jureconsulti ob tantam Imperii Romano-Germanici Amplitudinem juri dicundo ac causis decidendis sufficerent, ut potius nimius controversiarum cumulus grandem eorum copiam desideraret. Quoniam vero Juris Civilis difficultas tantum Jurisperitorum defectum progeneraverat, ut paucitum existerent, qui ad ductum & normam Juris Civilis judicare & sententias concipere poterant; Judices quippe erant homines æqui quidem, quos senilis prudentia commendabat, & experta justitia ac pietas, sed illiterati, qui secundum leges provinciales ubique usitatas & consuetudines pronunciabant, testibus Struvio *in Hist. jur. cap. 6. §. 28.* & Conringio *in Orig. J. Germ. cap. 25. & 28.* Hinc Legum peritiâ ad paucos redactâ, usu veniebat, ut, cum judices solius æqui gnari Legibus dissolvere lites nequirent, sæpius judiciorum vicinorum Jureperitis haud dubie instructorum, quo ipso multa illis præ omnibus aliis conciliata fuit autoritas, operam requirerent, ad eaque controversias deferrent: Cui accedebat exigua à principibus in turbulento rerum statu judiciorum habita cura, utpote qui in causis dubiis non modo subditis suis, sed & judiciis ipsis ad Magistratus oppidanos ac vicina judicia appellare vel consultum ire permiserunt.

Thes. III.

Atque talia judicia, quorum dijudicationi res controversæ ab illis voluntarie relinquebantur, Germanice Oberhöffe vocantur, Const. Crim. Car. *art. 219.* nec res nisi per paraphrasin latine reddi potest. Verbum Oberhoff compositum est ex Ober & Hoff; vox vero Hoff, Lat. curia significat judicium, quo sensu Curias Provinciales Hoffgericht, Landgericht dicimus. Si vocatur der höchste Dingstuhl und Oberhoff supremum judicium, Besold. *Thes. Pract.* voc. Dinghoff *in Addit.* Verbum autem Ober denotat secundam quasi Instantiam in sensu improprio & arbitrarie electam. Appellat Curias Superiores Kressius *in Comment. ad const. Cr. C. not. ad art. f. §. 2.* Oberhovia, quæ hoc modo describenda censeo: Quod fuerint *Judicia arbitrario electa, in civitatibus ut plurimum constituta, a quibus tanquam in jure peritioribus, velut Provinciarum Oraculis, Judices in oppidis minoribus & communitatibus vicinis, jurium & rerum ad judicia eorumque exercitationem pertinentium minime experti, in causis tam civilibus quam criminalibus decidendis dubii hærentes, ad scrupulum illum dissolvendum, ex inveterata consuetudine, sumtibus partium consilia ac sententias expetebant.*

Thes. IV.

Etymologiam atque Descriptionem excipit *Synonymia* Oberhöffe dicuntur quoque Obergerichte, uti docet Lehmannus *in Chr. Sp. lib. 4. cap. 11.* ubi ita: Die Richter haben nicht allein, was der Stadt Nothdurfft und Wohlstandt erfordert, beneben dem Graffen und seinen Stadthaltern verwaltet, sondern auch

auch alle Bürgerliche Irrungen, Frevel und Malefiz-Sachen verhört, erkenndt, gericht und bestrafft; So sich in des Speyrgaus Flecken und Dorffschafften dergleichen Sachen zugetragen, haben dießelbe vors Obergericht zu Speyer zu Entscheid, Erkandtnuß und Erledigung gezogen werden müssen. Atque Judices in Curiis Superioribus splendidis nominibus der Ober-Richter fuisse insignitos, Acta Wimpinensia docent. Vocantur etiam *Consultations*-Höffe, quod in causis dubiis Consilia ab ipsis expetuntur, prout majoris securitatis gratia consultari solent Academiæ. Nec non *Appellations*-Höffe, eo quod & Appellationes illuc devolvebantur, quæ tamen propriè Appellationes haud erant, uti infra dicemus.

Thes. V.

Hujusmodi Curiæ Superiores passim olim erant constitutæ. Sic talem quondam in perantiquâ Civitate Imperiali Wimpinensi exstitisse, testantur Acta Wimpinensia, è quibus sequentia excerpere liceat: Vff Clag Antwort Redt Widerredt Angehörter Zeugen Sag, vnd entlichem gethanem Rechtbeschliessen hintersetzen, Auch allem erwegen, dieweil aber die Sache sich etwas disputierlich vnd weitleuffig ansehen laßt, Als acht sich der Richter solche zu enden vnd darjnnen zu erkennen noch zur Zeit zu gering verstendig, haben derowegen altem Herkomen nach dieselben an die Ernveste Fursichtige Ersame vnd weise Herrn Schulthais Burgermaister vnd Richtere des Hayligen Römischen Reichstadt Wimpffen als Jren Oberhoff darinnen Vrtel zu fellen vnd die Sachen zu erwegen gewisen &c. Tanta hoc judicium in circumjacentibus regionibus pollebat Auctoritate, ut à variis Civitatibus ac pagis alterius jurisdictioni subjectis de casibus dubiis quam sæpissime consuleretur, id quod patet aus dem Wimpfemer Oberhoff-Urthels Buch de Anno 1474. biß 1608. ubi ita: Diß Stett und Dorffer alter Fryhaitt nach pflegen jr Urtel by Uns zu holen als vor dem Obernhouff. Stett. Mergetheim, Bonigken, Weibstatt, Bischoffsheim. Dörffer. Rorbach, Heinßheim, Kochendorff, Stockach, Gümpper, Garttach, Obern Jßeßheim, Hüffelhart, Helmstalt, Bargen, Wollenberg, Bieberach, Erstatt, Duttenbürg, Richen, Bonfelt, Obern-Grießheim, Baptstat, Offenen, Wassenbach, Hochüsenn, Hagenbach, Biberach, Bachenheim, Rappenau, Jseßheim, item Groß und Klein Jseßheim, Untergrießheim, Jagstfeldt, Gartach, Großgartach, die gantze so genannte teutsche Ebne, und andere Ehur-Pfältzisch-Teutschordisch-Württembergisch- und Ritterschafftliche Dörffer mehr. Nec non Spiræ ejusmodi judicium fuisse, videre est ex Lehmanni *Chron. Spirens. Lib. 4. cap. 13.* ubi ita inquit: Die Stätte, Flecken und Dorffschafften des Speyergaues und Bistumbs, unangesehen daß sie gewisse Regenten und Herren gehabt, welche

die Könige und Keyßer an Ihre Statt zu Verwaltung des Speyrgaues eingesetzet; So haben sie doch das Gericht und E. Rath zu Speyer jederzeit nach alter Gewohnheit vor ihren Oberhoff erkennet, und daselbst in schwehren Irrungen Weißungen gehohlet. So befindet sich aus einem Vertrags-Brieff zwischen Bischoph Friederich und der Stadt Speyer Ao. 1294. auffgericht, daß die Gemeynden von Berghaußen, Harthaussen, Heinhoffen, Dudenhoffen und Waltzen alle ihre Klagen und Irrungen vorm Stadt-Gericht zu Speyer anbracht und ausgetragen.

Thes. VI.

Consultabantur hæ Curiæ superiores, quotiescunque in causis dubii quid occurrebat, Const. C. C. *art. ult.* ac judices notitia ferendi congruam sententiam destituti erant; ceu apparet ex Actis Wimpinensibus: Gönstige Hern. Dieweill Wir die Richter alhie zue Weybstatt, vnß in dieser Sachen nach gehabtem Bedacht daruff zu einem Vrthell nit khinnen entschliessen, so haben wir solche Handtlung vmb Rath vnndt Vrtheils Weyß für vnndt an Ewer Ersame Weyßheit gewisen ꝛc. Und aus der Vorrede des Wimpfemer Ober-Hofs-Buchs, ubi extat: Nachdem und von alter her und fast viel länger denn in Menschlicher Gedächtnüsse gesin kan, von ettlichen Stätten und Dörffern hienach benant, die der Urtel sich nit versteen können, bey uns von Schulthüssen und Richteren Unsers Statt-Gerichts Urtel gehohlt haben, und hinfür hohlen und suchen &c. Ex hoc etiam elucet, quod jam tum inveterata fuerit consuetudo fora Curiarum Superiorum adeundi, quod & sequens ex Actis Wimpinensibus excerpta sententia comprobat. In Sachen zwischen Philips Creyßwart, vnndt Wendel Pfoen, Weylandt Philips Romigen Seelig hinterlassener Kinder Vormunder zu Daspach, Als Cleger an einem, vnndt dan Haussen Schreyber vndt Sontag Brunnen beide Burger und Meurer alhie zu Weybstatt als beclagte ander theils. Also nach Clag vnndt Antwortt, Redt vnndt Wiederredt, auch Zeugen Sag, vnndt allem schrieffthlichen vndt mündtlichen Fürpringen, vnd daruff geuolgtem endtlichen Rechtsatz, weißt der Richter dieße Handlungen Urtheils Weyße an daß Stattgericht ghen Wimpffen, Als Ihren ordenlichen Oberhoff, Altem Gebrauch nach &c. Atque rationabilis hæc fuit consuetudo; Omne enim videtur rationabile, quod cum rectæ rationis dictamine convenit. Assumamus de Consultationibus Curiarum Majorum. Et certo non adversabitur rectæ rationi, litigantium jura per prudentissimos examinare. Judices sæpe ignorantia laborant juris, cum & imperiti judicis officio fungi non prohibeantur. Sunt interdum pluribus impediti negotiis. Et aliæ intercedere possunt causæ, quæ negotii accuratiorem deliberationem atque disquisitionem impediunt, unde facile præjudicium partibus

esset

esset metuendum. Suppleri igitur per Collegia ejusmodi omni potest, quod in ipso desideratur judice. Imo judici quoque id ipsum expedit, qui omnem hac ratione corruptionis evitabit suspicionem facile. Coram Deo suam allegaret frustra ignorantiam, cum culpa non careat, qui non consulit, cum poterat, prudentiores vid. Const. Cr. Carol. *art. ult.*

Thes. VII.

Semper vero Acta transmittendi causa tres judices coram his judiciis comparuisse, satis luculenter probat Præfatio des Wimpfemer Oberhof-Urthels-Buchs: Und sollen allwegen drey Richttere von dem Gericht der Statt und Dorffes für das benannt unser Stattgericht komen ꝛc. ac inter sexcentas alias in Actis Wimpinensibus exstantes sententias hæc, quam hic ponere placet. Zu wüssen vff des Schulthüssen Fragen hatt das Gericht zu Kochendorff durch Jr mitgesellen Wittmann Peter Diether Hanß Utz vnd Jorg Grieß In Urtels Wiße für vns das Stadt Gericht zu Wimpffen bracht, Also nach herkommen vnd altem Bruch der von Kochendorff Erkennen Wir Einmütiglichen zu recht, Peter Wittmann gegen der Herrschafft ein zimlichen Abtrage thon sol. Zu Urkund dato sub Sigillo ao. rl. lxxij. 1474. Ast Spiræ, ubi tale judicium florebat, hæc fuit recepta consuetudo, ut duo saltem judices Consules & Senatum Spirensem adirent, hucque Acta transmitterent, quod Actis mihi ex Archivo Spirensi communicatis demonstro, hâc sententiâ: Wir die Burgermeister und der Rath der Statt Speyer entbieten den Erbaren Schultheiß und Gerichts Schöffen zu Lauterburg Unsern freundlichen Gruß zuvor. Liebe und gute Freund! Von zweyen Euren Gerichts-Männern ist uns als Eürem Oberhoff verschiedener Zeiten ein Gerichts-Handel zwischen ꝛc. ꝛc. umb Weißung der Urtheil für und anbracht worden ꝛc. Datum den 28. Dec. an. 1574.

Thes. VIII.

Processus coram Curiis Superioribus *sumtibus partium* fuisse expeditos, testis est Lehmannus *in Chron. Spir. Lib. 4. cap. 3.* Sie haben Jhren bestimbten Tax gehabt, was sie vor jede Weißung bezahlt; Nemlich Keyßerslautern 1. halben fl. Brusel 1. halben fl. Anweyler einen Ortsgulden, Lauterburg ein Orth, Waltzen 2. Schilling Pfenning, Gelingen vier Schilling. Sic quoque res sese habebat, cum Curia Superiori Wimpinensi, vid. Præfationem des Oberhof-Urthels-Buchs von Wimpffen, ubi ita: Und von solichem Brieff der Urtel sollen die Partheyen, so die Urtel bekommen, vnserm Schreiber ein Pfunt geben alter Wärung, das ist, dreisigk gütter Pfennig. Variabant autem Sportulæ, prout apparet aus der Stadt Wimpffen Reformation und Ordnung alten Herkommens und Rechtens, Klag und Urtel Geld betreffend.

In mündlichen Relationen, so von der Landschafft gen Wimpffen an das Stadt-Gericht giengen, gebührten dreyßig Pfennig dem Stat-Gericht für Urtel Geld, wie von Alter hero, dergleichen dreyßig Pfennig dem Schultheissen, Stat-Schreiber, und Gerichts-Knechten zu vertheilen. In Schrifftlichen Consultationen, item so Acta fürkommen von zwaintzig Blettern oder darunter, sol dem Stat-Gericht ein Gülden davon zu Urtel-Gelt gegeben werden. Wo aber die Acta über die zwaintzig Bletter hielten, so mannig Blat das were, so viel halber Batzen zu dem Gülden für Urtel-Geld erlegt werden soll. Und von solchem Urtel-Geld sollen auch Schultis, Statschreiber und die Gerichts-Knecht umb jr Gebür belonet werden. Equidem Imperator Carolus V. *in sua Constitutione Criminali art. 204. & 219.* mandat serio, ut judices in causis dubiis sine partium expensis ad Curias Majores, ad Collegia JCtorum & Dicasteria confugiant, indeque consilium petant. Quando enim judex munere suo fungitur, hoc ipsum proprio sumtu & expensis facere tenetur, nec habet impensarum repetitionem, *arg. l. 18. ff. de Oper. Libert.* Sed videmus tamen, consuetudine aliud in his Curiis Superioribus esse introductum & receptum, ex supra all.

Thes. IX.

Nec longis ambagibus controversias in his judiciis protelatas, sed celerrime fuisse terminatas, conspicere licet ex Lehm. *Chr. Spir. Lib. 4. cap. 21.* ubi ita ait: Was den Process in Rechts-Sachen anlanget, wiewohl man vor Gericht und Recht, in Recht-Sachen gar langsam den Brauch der Protocollen angefangen, so ist aus denselben fast vor 200. Jahren beschrieben, zu vermercken, daß vor Alters ein kurtzer Process in allen bürgerlichen Irrungen gehalten, und schwehre Sachen in zweyen oder dreyen Gerichts-Tagen aufs längste erlediget worden. Es befindet sich aus einem Protocoll, darinnen mehr als tausend Urtheil eines Raths, sambt der Partheyen Klagen und allen Handlungen, so vor Gericht und Rath fürkommen, nicht allein in Sachen der Bürgerschafft zu Speyer, sondern auch vieler Adelichen Personen aufm Lande, der benachbarten Stätt, Flecken und Dorffschafften, so Endscheid und Urtheil vom Rath zu Speyer vielfältig gesucht, daß die Partheyen mehr mündlich, und gar nicht in Schrifften Ihre Sachen entweder selbst, oder durch eines Raths verordnete und beeydigte Fürsprechen, nach gestalt der Sachen entweder vor Gericht, so sie dahin gehörig, oder vor dem Rath fürgetragen, der Kläger seine Klage kurtz ohne Weitläufftigkeit, doch zur Nothdurfft anbracht, der Beklagte darauff seine Einrede fürgewendet, der Kläger hinwieder repliciret, und der Beklagte dupliciret, darneben ieder Theil sein Beweißthum mit lebendiger Kundschafft oder in Schrifften dargethan.

Thes. X.

Thes. X.

Decidebantur in Curiis Superioribus Causæ *Civiles*, prout docent Acta Wimpinensia, à quibus hanc unam tantum sententiam brevitatis amore adjiciamus: Binnigkhen. Nach Vollstreckung vorgesprochener Urtheyl Erkent ein Gericht ferner zu recht, daß Jeory Kantengiesser Antwurter Junckhern Hanßen Lemlin Clägern umb sein Forderung und Zuspruch nichts schuldig ist, den Gerichts-Kosten zu baiden Theylen dieser Rechtfertigung uffgeloffen uß bewegender Ursach mit verglichen, also das iglicher Theyl sein Costen für sich selbs tragen sol, Act. Frytags nach Valentini anno octavo 1508. Judices. Claus Opp. Hans Hutzel, Michel Stor. Partes. Juncker Hans Lemlin Bawmeister vor alle Ganerben Actor, Jeory Kantengießer von Helprun Antw. Pariter quoque in Curia Superiori Spirensi tales causas civiles tractatas fuisse, testantur tot inde latæ sententiæ, quarum unam tantum probationis causa Dissertationi inserere haud inconveniens foret: In Sachen begehrter Losung sich vor Schultheisen und Gerichts Schöffen zu Lauterburg zwischen Niclaus Chun, und Adam Albrechten von Eßingen, Klägern an einem, und Michel Beckern, Burger und Gerichts Schöffen zu Lauterburg, Beklagten andern Theils erhaltende: Erkennen wir, wo diese Handtlung für Uns Rechthängig uf Klag Antwortt überschickte Ordnung über wieder Kauff und Losung verkauffter Güther allem Fürbringen nach und gethanem Rechtsatz zu Recht, daß Beklagter obgenent von gethaner Klag zu absolviren und erledigen auch die beederseits ufgewendte Gerichts-Costen gegeneinander uffzuheben, und zu vergleichen seyn sollen.

Thes. XI.

In causis etiam *Criminalibus* Oberhovia (ut cum Kressio ad C. C. C. loquar) sententias pronunciasse, documenta hujus dant Acta Wimpinensia, ex quibus sequentem apponere liceat sententiam: Zw wüssen In der Sach Claus Hassers Cleger zů dem Knecht den er zu Gefengknůs bracht hatt, hatt das Gericht zů Mergentheim dürch Jr erber Bottschaffts Ambtmann Mathes von Sale Hans Stachel und Peterm von Swaigern Jrem altem loblichen herkomen vnd Fryhaitten nach Clag Rede und Widerrede In Urtels wise für vns des Heiligl. Rö. Richs Stattgericht zu Wympffen bracht, Also nach Clag und Antwort vnd der von Mergentheim, müntlich und schrifftlich Fürbringen, diewile Claus Hasser als ein vertrailter vndaylicher Man, den armen Anbligk, Anschyn vnd Ander Ameler, darzů dienende, vom Leben zum tode, wie er hoffet, mit recht zů bringen, nicht fürbracht hatt, vnd darzů den Armen Lips vnd Lebens nach Innhalt der Kůntschafft vertrost, Erkennen Wir Eynmůtigklichen zů recht, daß der Arme also von Hassers Clage, vnd

nach des Armen Antwort, nit vom Leben zům tod gebraůcht, Sonder von des Hassers Clage, vnd Gefengknůß ledig gelassen werden soll, mit Behältnůs des Armen Clage zů Hassern. Zů Vrkůnd datum Sb. Sigillo Peter Werrich Schulteti uff Mittwoch vor Nativitl. Marl. Anno LXXXIIII. 1475.

Thes. XII.

Appellationes etiam ad Curias Superiores fuisse devolutas, argumento est inter alias, sententia, quam ex Actis Wimpinensibus excerptam hic adjicere placet. Mergetheim. Nach Clag Antwurt Red Widerrede Jrem schrifftlichem Fürbringen der Zůgen Sag laut vor gesprochener Vrtheyl vnd Rechtsatz Erkennen Wir zů recht das dem Kindt Anna Mendlin sein voruß inhalt vorgesprochener Vrtheil und der Frauen Jre zůbracht gůt werden solle, vnd fürter das vberig verlassen Gůt in zwey gleich Theil getheilt da yglichen das ein volgen und werden soll. Verum enim vero hæ Appellationes proprie tales haud erant; Ea enim est Appellationum proprie sic dictarum natura, ut ab inferiori judice non nisi ad superiorem dirigantur, per *Nov. 23. c. 4. c. 3. in 6to de Appell.* Hinc à majori ad minorem, vel à pari ad parem, vel ab uno & eodem ad eundem Appellationes referre non licet; *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell.* Ayrer *in processu Civili p. 1. cap. 4. obs. 4. n. 14. usque ad n. 19.* in tantum, ut si de consuetudine ad parem rite appelletur, hoc ipso is, ad quem ita provocatur, illo à quo appellatur, major fiat, *arg. l. 14. ff. de Jurisd.* Sed ejusmodi Appellationes *improprie* tales vocantur, si quidem ex Actis constat, eas à judicibus urbicis & paganis devolutas esse ad alterius civitatis judices, qui superiores haud erant, sed quos ad sententiam ferendam *arbitraríe* solummodo eligebant, sicque eorum jurisdictionem *voluntarie* prorogabant. Ex quo inferendum, quod hujusmodi provocatio genus quoddam prorogationis fuerit, ac *merus actus voluntatis liberæ*, non necessitatis, Stryk. *Us. Mod. ff. Lib. 49. tit. 3. §. fin.* juris enim est, ex consensu litigatorum mutuo, eum, qui judex competens non est, aliàs tamen judicandi potestatem habet, vel ut dicitur *in l. 3. C. de Jurisd. omn. jud. & de Foro Compet.* judicio alicui præest, competentem fieri posse, per *l. 1. ff. de jud.* Hoc autem cum fit, Jurisdictio judicis incompetentis prorogari dicitur, unde & Jurisdictio prorogata nomen habet apud Pragmaticos: apud Pragmaticos, inquam, quia etsi de re ipsa textus sint in *l. 1. C. de Jurisd. l. 15. 18. ff. de Jurisd. l. 1. & 2. & l. 74. §. 1. ff. de judiciis*, appellatio tamen illa Jure Civili prodita non est, quo verbum prorogare soli tempori videtur accommodatum, ut *in l. 24. ff. Locat. Cond. l. 19. l. 30. §. 1. ff. de Legat. 1. l. 2. ff. de re judic.* A tempore vero non incommode hæc Appellatio ad jurisdictionem translata est, ut, sicut, cum tempus definitum, ultra quam tum est, extenditur, prorogari dicitur, ita & jurisdictio Magistratus,

tus, cum extra terminos ſive limites, intra quos eſt coercita, extenditur, prorogari dicatur. Prorogare igitur eſt extendere, proferre, diffundera, laxius reddere, protrahere ultra terminos ſibi conſtitutos ad cauſas & perſonas ſibi non ſubjectas, Lauterb. *Exerc. 5. concl. For. 5.* quod ipſum præſupponit aliquid, quod prorogetur, quod ſi intra terminos ſuos coerceatur, prorogatione opus non habeat, extra terminos autem & limites ſuos non operetur quidquam, niſi prorogatum ſit legitime, & quod per ſe non competebat, id competat ob prorogationem lege approbatam, aut certe lege non repugnante. Hinc prorogare jurisdictionem, eſt jurisdictionem extra ſuos limites, intra quos eſt coercita, ad negotium aliquod controverſum ad jurisdictionem illam non pertinens, extendere, vel ut brevius dicam jurisdictionem non competentem, competentem facere. Quod ut fiat, requiritur 1.) ut talis adeatur judex, qui judicandi poteſtatem habet. *l. 3. C. de Jurisd. l. 1. ff. de Jud.* 2.) ut cauſa, de qua agitur, ejusdem ſi qualitatis, cujus qualitatis ſunt cauſæ ad jurisdictionem illam, quæ prorogatur, pertinentes, ita ut qui magiſtratus illius ſunt ſubditi, in ejusmodi cauſis jurisdictioni ipſius ſubjiciantur etiam nolentes. Nam ſi de cauſis illis ne ſuis quidem ſubditis Magiſtratus jus dicere queat, profecto multo minus dicet extraneis, ut qui jurisdictionem non habeat in cauſis ejusmodi ne inter ſuos quidem ſubditos, atque adeo jurisdictio, utpote quæ non eſt, prorogari non poſſet, & 3.) ut litigatores in eum ſcientes, ſe judicem alienum adire, conſenſerint; Nam ſi judicem competentem eſſe putent, per hoc jurisdictionem ejus non prorogant, quia errantis voluntas nulla eſt, & quæ ex aditione præſumebatur, per erroris probationem excluditur. *L. 2. pr. ff. de judic. l. 15. ff. de Jurisd.* Ex quibus patet, quod quis jurisdictioni alterius judicis ſubjici poſſit volens, lege permittente, ſicque jurisdictio, ſicut & Magiſtratus ſive judex, qui competens non eſt, nec exſiſtit jure; facto hominis à lege approbato in hypotheſi reddatur competens.

Theſ. XIII.

Ne tamen ſuperioritate territoriali gaudentes exiſtiment, fora iſtiusmodi prorogata ſuperioritati ſuæ aliquid detrahere, eoque ſeſe extendere, ut tales judices, quorum jurisdictio prorogata fuit, causâ jam decisâ, adhuc jurisdictionem quandam ſibi arrogare queant in eos, qui ſuæ ſe jurisdictioni ſponte ſubjecerunt, arbitrarie ipſos eligendo; cauſa equidem adhuc pendente, jus illis dicendi facultate gaudent, eâ vero definita, ne minima quidem jurisdictionis particula illis relinquitur. Neque enim per talem prorogationem ordinaria prorogantium jurisdictio extinguitur, ſed ſaltem quoad hanc cauſam ſuſpenditur. Nam ſicuti electo arbitro partes poſſunt ordinarium judicem præterire, ſine noxia ordinariæ jurisdictionis; quidni liceret etiam alienam jurisdictionem

proro-

prorogare, ac alius judicis judicio causam subjicere. Neque exinde metuenda Jurisdictiouum confusio, cum exercitium illius prorogatæ jurisdictionis sit instar precarii & meræ facultatis, atque arbitrio partium relictum, quod proinde nec possessionem aliquam nec præscriptionem contra judicem ordinarium facere potest. Nec tantum privatus, sed etiam Magistratus Majores alius Magistratus æqualis vel etiam inferioris jurisdictioni se possunt submitteee, *l. 14. ff. de Jurisd.* Et ita principes quandoque coram proprio judicio provinciali aut aulico conveniri possunt, ut exemplum est in Rege Sueciæ, qui coram Tribunali Wismariensi stare solet; In Rege Bohemiæ, qui judicium Vratislaviense ratione Silesiæ subit, & non paucis aliis. Sic quoque Reges Galliæ coram Parlamento, uti vocant, quod supremum est Lutetiæ Judicium, jus sibi dici patiebantur, qui tamen non aliter ibi conveniebantur, quam per Procuratorem, idque ideo, ne Regium Nomen ac splendor Magistratuum oculos perstringeret, vel Majestas ulla sui parte minueretur. Nec dispar est ratio Imperaroris nostri, qui, si conveniendus sit, non in propria persona, sed per Fiscalem comparet, prout testatur Magificus D. D. Schweder *Introd. Jur. P. P. spec. Sect. 2. cap. 5. n. 18.*

Thes. XIV.

Parem cum his habent rationem Arbitria Compromissoria, quæ sunt judicia, quorum judices, qui ex pœnali Compromisso litigatorum sumti, ultro ea receperunt, de controversia ipsorum libere cognoscunt, & sententiam dicunt. Quemadmodum enim tantum abest, ut talia judicia, quæ principi sunt subjecta, & quibus tamen princeps se sponte subjicit, sibi aliquam in ipsum Jurisdictionem vindicare possint, ut potius superioritatem ejus territorialem porro venerari teneantur, ipsique subjecta maneant; Ita absonum quoque foret, statuere velle, quod judices Compromissarii ex mero saltem arbitrio electi sibi quandam queant attribuere jurisdictionem in eos, qui sponte se ipsis subjiciunt ad sententiam accipiendam. Argumentabor à majori ad minus: Cum pedanei judicis nulla sit Jurisdictio, *l. 5. in pr. ff. de re judic. l. ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit. agitanda sit.* Cur arbitro ullam Jurisdictionem competere diceremus? Quippe cum judicis pedanei opinio judicialis proprie sententia sit, arbitri vero non æque, *l. 13. §. 5. ff. de his, qui not. infam.* Ex sententia judicis pedanei actio & exceptio rei judicatæ nascatur, non vero ex sententia arbitri, *l. 1. C. de recept. Arbitr.* Accedit huc quod omnis Jurisdictio vel propria est, vel est aliena, puta ab alio mandata, *l. 3. l. 4. ff. de Offic. ejus, cui mand. est Jurisd. & l. 5. ff. de Jurisdict.* Propriam autem jurisdictionem arbiter non habet, ut quæ vel jure Magistratus competit, vel speciali aliqua ex Lege, *l. 1. in princ. ff. de Offic. ejus, cui mand. est Jurisdict.* Neque habet mandatam Jurisdictionem, ut arguit *l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. receper.* Cum itaque in

jure

jure Arbitris Compromissariis Jurisdictio in strictiori sensu, quatenus denotat potestatem jus dicendi, denegetur, certo certius est, illam, quatenus late sumitur, ac in nostro Imperio Superioritas Territorialis appellatur, Lauterbach *in Colleg. Theor. Pract. Tit. de Jurisd. n. 2.* multo minus illis competere in eos, qui voluntarie ipsos ad laudum ferendum eligunt.

Thes. XV.

Austregarum quoque hic est injicienda mentio, utpote qui etiam quandam cum Oberhoviis (ut iterum cum Kressio loquar) habent affinitatem, ac probe ad naturam Compromissariorum judicum accedunt. Qualem naturam & ante Maximiliani I. tempora habuerunt; Cum enim perturbatus per bella Civilia & diffidationes Germaniæ status judiciorum circulos adeo turbasset, ut quilibet contra alterum pro lubitu in bellum & arma rueret, rei plerumque, ut imminens à se bellum averterent, in designatos à se sub Compromissi formulâ judices ita consenserunt, ut horum sententiæ, sive æqua sive iniqua esset, parere & stare vellent. Et cum Aulicum Imperii Tribunal tot litigantibus haud sufficeret; huc tandem in Germania deventum est, ut vel status ipsi Austregales quosdam judices, queis controversias suas spontanea voluntatum submissione subjicerent, ne ad bellum & arma cessantibus judiciis deveniretur, constituerent, vel Austregalia quædam judicia per modum Confœderationis alicujus inter complures socios, uno eodemque fœdere conjunctos, instituerentur, ita ut socii etiam, qui præ aliis domesticarum virium robore pollebant, causas suas cognitioni judiciali vel omnium sociorum, vel eorum arbitrio, qui judices fœderis erant, submitterent. Cave vero putes, talia Austregalia judicia, pacto perpetuo jam in antecessum constituta, hic cum Curiis Superioribus comparari, vel Austregas legales, qui deficientibus conventionalibus ex generali dispositione legum Imperii dependent: Eos saltem innuo, qui, ortâ controversiâ, pro lubitu litigantium eliguntur. Differunt autem & Austregæ à Curiis Superioribus, quod in causis Criminalibus illorum Jurisdictio non sit fundata; At hæ illarum decisionem non respuant: Quod illi causarum matrimonialium dijudicationem sibi vindicare nequeant; hæ vero illas admittant: Quod illi munus delatum suscipere teneantur; hæ non item: sed potius constat, quod precibus ad sententias ferendas fuerint quam sæpissime permotæ, uti docent Acta Spirensia ita: Wan Wier nuhn uß bewegenden Ursachen unns semlicher Urtheill einhelliglich nit entschliessen können; So haben Wier hierauff ein solches umb mehrer Unterrichts unnd erclerung willen, auch damit baiden Partheyen was billich unnd recht wiederfahren möge, an Ew. Fürsicht. Weyl. als unsern ordentlichen Overhoff wie von altem herkomen, gewiesen und verschoben, unnd thun denselben alle gerichttige Acta unnd beylagen hiebey verward über-

 senden,

senden, freundlich pittende, unns hierunder euweren Rath unnd guts beduncken zu ehester Gelegenheytt wie hiebevor zue mehrmahls beschehen, neben Wiedersendung, den Actis zu kommen zu lassen, das wollen zu E. Fürsichtl. Weyl. Wir unns also zu geschehen getrösten, unnd denen in andere Weeg zu dienen unnd freundlichen Willen zu erweissen geneygt, datum Lauterburg Montags den 14. Junii Anno LXXMj. 1574. Inscriptio. Den Ehren-Vesten, Fürsichtigen unnd Weißen Burgermaistern unnd Rath der Statt Speyer ꝛc. Unsern gönstigen lieben Herrn unnd guten Freunden. Subscriptio. Schultheiß und Gericht-Schöffen zu Lauterburg.

Thes. XVI.

Cum itaque Curiæ Superiores fuerint Judicia arbitraria, quæ alterius Jurisdictioni subjecti sæpenumero in causis dubiis ad sententiam dicendam voluntarie eligebant, quid? quod precibus illa ad id permovere studebant, certum atque evictum est, & luce meridiana clarius, quod nulla plane gavisæ fuerint jurisdictione in eos, qui tali modo ipsas consultarunt, sententiasque ab ipsis expetierunt. Etenim licet se hisce Curiis ad judicium accipiendum subjecerint; spontanea tamen erat subjectio, ac voluntaria jurisdictionis prorogatio, nec sese ad quasvis alias obvenientes causas futuras extendebat, verum in libero eorum arbitrio positum erat, eas adeundi ac declinandi; quod vero de iis haud intelligendum est, qui talibus curiis sunt subjecti, sed saltem de iis, qui alienam agnoscunt jurisdictionem; quod Besold. *in Discurs. Jur. Polit. de Appellat. cap. IV. n. 4.* bene exprimit, his verbis: *Ita sæpe possunt partes se mutuo convenire coram judice aliquo, qui tamen illorum Dominus non est: prout rustici quibusdam in locis habent* ein Oberhoff, *ubi illorum causæ etiam in alieno territorio agitantur.* Ast non tantum alterius status subditi, sed & Nobiles Imperii Immediati hasce Curias Majores sæpius consultabant. Vid: Lehman. *Chr. Spir. Lib. IV. cap. 21.* ubi meminit: Daß ein Rath frembden und einheimischen auch vielen adelichen Personen aufm Lande der benachbarten Städte, Flecken und Dorffschafften in Rechtsachen gesprochen. Sic Nobilis Immediatus Knebel de Kazenelenbogen, quondam Possessor pagi Gundelsheimensis, Curiam Superiorem Brettensem ad Electorem Palatinum spectantem adiit, ut de veneficâ quadam sententiam ferret, suppliciumque sumeret: Ex eo autem haud inferendum, quod Electori Palatino exinde competere cœperit Jurisdictio in hujus prædium liberum & immediatum, hujusque insequentes Possessores Nobiles Immediatos; id enim si esset, competiisset quoque Curiæ Spirensi Jurisdictio in Civitates ac pagos ad Palatinatum pertinentes, qui olim controversias suas illuc detulerunt, ex. gr. Billighum, vel, ut hodie appellatur, Billigheim, Godramstein, Schwechenheim, Heuchelheim vel Heuchlen, Danstatt, Mutterstat, Wachen-

chenheim, Mudach, sive Maudach, Waltzen und Wintzingen, aliique complures in Actis Spirensibus inveniuntur. Accedit quod Knebel de Kazenelenbogen Curiam Superiorem Brettensem rogaverit, ut sententiam ferret; jam vero certum est, inferiorem judicem haud requirere superiorem, sed factâ ipsi rei mentione expectare ejus mandatum, nec quod alicui ad ejus instantiam concedatur, illi coactive injungi; Si enim Curia Brettensis jus habuisset proprium in hac causâ pronunciandi, non opus fuisset, ut hic Nobilis Immediatus illam rogasset, quo hujus causæ dijudicationem in se susciperet; id quod Beatus meus Parens Lustricus, quem Pietatis causa appello, D. Faber, Immediati Equestris Ordinis Creichgoviensis quondam Syndicus in factâ hac in causa Deductione satis luculenter demonstravit, his verbis: Daß es NB. keines Ersuchens, Erlangens, Vergünstigens von Knebel von Katzenelenbogen gebraucht hätte, wann der ob vicinitatem erwehlte Oberhoff zu Bretten Jurisdictionem gehabt hätte. Adde quod adversatur Argumentum, de notoria liberorum Imperii Nobilium Immedietate, à Magnifico D. D. Schwedero *Introd. in Jus P. Part. s. sect. 2. cap. 18. n. 10.* expressum hisce verbis: *Specialium ad immediatos inprimis spectantium primum est, quod à Principum territoriali Jurisdictione sint liberi, Imperio & Imperatori immediato subjecti.* Nulla ergo quondam Curiis Majoribus competit Jurisdictio, multo minus hodie illis adhuc competit, qui tales Curias Superiores olim in suo territorio habuerunt, nec jam, postquam in usu esse desierunt, amplius habent. Patet ex Actis Wimpinensibus, quod pagus Riechen dictus olim multoties Curiam Majorem Wimpinensem consultaverit, ad cujus probationem ex multis aliis sententiis illi ab hac Curia latis hanc excerpere placet. Rychen. Nach Klag, Antwurt, Irem Fürbringen vnd Inhaltt der Kauffzedel Erkennen Wir zu recht; Wyll Elizabeth Klenßlin Contzen Witwe den Verkauff für ein Verkauff haben, had Bernhart Metzler Mögen und Macht den Kouff an sich zu lassen, Thet sie aber solichs nit, soll die Frow die gutter Wyder zu Iren handen nemen vnd soll jeder teyll sin Kosten für sich selbs dragen. Judices. Bernhart Marschall, Peter Dür, Hanns Wilhelm. Partes. Bernhart Metzler, Actor. Hanns Hoffmann Reus. Jam hic pagus cum ad Palatinatum pertineat, Elector Palatinus sane haud concedet, ut Civitas Wimpinensis, cujus Curia superiori olim hic pagus fuit usus, jam sibi in huncce locum jurisdictionem arroget.

Thes. XVII.

Verum enim vero non modo Nobiles immediati, sed etiam status Imperii Curias Superiores olim sæpius consultarunt. Cum enim maximam sibi conciliaverunt autoritatem, eo quod in neutram partem inclinantes, nullo habito personarum respectu, judicabant, & juris, observantiæ, ac conscientiæ rationem

nem habebant, usu veniebat, ut sæpissime Electores, Principes, ac Comites causas controversas haud exigui momenti illarum dijudicationi committerent, quin etiam futuras reservarent, Fuchs *in Addit. ad Lehm. Chr. Sp. L. IV. C. XXI.* Imo & Acta Wimpinensia docent, quod quidam Magister Ordinis Teutonici Curiam Superiorem Wimpinensem olim rogaverit, ut controversiæ Mergethemii tum existentis decisionem in se susciperet. Ita enim ad illam scribebat: Ulrich von Lenntersheim Meister deuttschen Ordens zu deuttschen und wellschen Landen. Unsern fruntlichen Gruß zuvor. Ersame Wise gütt Frund. Als Vnsere lieben getreve burgermaister vndt ratt zu Mergetheim Jrer Fryheit vnd altem herkommen nach Jr Urtel von vch pflegen zu holen, haben dieselbigen von Mergetheim Jtzundt sachen under handen, darum sie ürer erkanntnüs vnd leütterung notdörfftigk sin, Als vch diß gewärtig bewißere, deßhalb zu vch gesant, ferner underrichten werden, bitten Wir vch mit sonderm Vlais gütlich Sie darjnn zum besten zu fürdern, vnd vch umb vnsern willen gütwilligk vnd fruntlich gegen Jnen zu erzaigen, daran tütt Jr vns nicht mynder zu gefallen, dann ob es Unser selbs sache were Wir wollen es auch vmb vch gern verschulden. Datum am Sontag nach Assumptio. Mar. Anno rl. lxxquinto. 1475. Inscriptio. Den Ersamen Wisen Vnsern gutten Frund Burgermienstern vnd Ratt zu Wimpffen.

Thes. XVIII.

Ex hisce ergo quam luculentissime colligi potest, Curias Superiores nullam involvere jurisdictionem in voluntarie illas eligentes. Quid enim quæso! clarius est, quam quod id, quod precibus ab aliquo expetitur, fiat sine obligatione sive subjectione? alioquin modo dicti Ordinis Teutonici Magistri Judicium Mergethemiense agnoscere teneretur Jurisdictionem Curiæ Wimpinensis, quod absurdissimum: In propatulo enim est, quod par in parem non habeat Imperium, *l. 3 in fin. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept. l. 58. ff. de Judic. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell. Nov. 23. cap. 4.* multo minus inferior in superiorem ullam sibi arrogare aut exercere possit potestatem & jurisdictionem; id quod tamen fieret, si Curiæ Majores aliquam involverent Jurisdictionem; si quidem ex supra dictis elucet, quod potentissimi etiam principes illas consultaverint. Similem rationem habere videntur Magdeburgi & Hallarum Saxonicarum amplissima quondam instituta tribunalia, ad quæ olim Polonicæ, Bohemicæ, Marchiæ Misnensis urbes complures provocarunt, Conring. *D. de judic. Reip. Germ. Thes. 94. sub fin. & Tr. de Orig. Jur. Germ. cap. 32.* Stryk. *Us. Mod. ff. Lib. 49. Tit. 3. §. f.* Sicut Rostochium, Stralsundium, aliæque nonnullæ urbes in litibus dirimendis Lubecam solent provocare, Conr. *de Orig. Jur. Germ. cap. 28.* & Mev. *ad Jus Lubecense quæst. prælim. 2. n. 18.* Cothmann *Vol. 1. cons. 3.*

n. 2.

n. 2. Sic quoque hodie Civitates plures inter se invicem controversias suas dirimere solent. Ita Norimberga judices agnoscit Windesheimum & Weissenburgum oppida. Schwinfurtum suum Advocatum Regium, sed qui adjungere sibi debet aliquot Scabinos Norimbergenses & Rotenburgenses: Dinckespila Ammanum Urbis & Scabinos petitos Nordlinga, Rotenburgo ad Tubram. Secutæ autem harum exemplum sunt & aliæ urbes. Namque & Argentina in causis civitatis judices agnoscit Basileam, Wormatiam & Ulmam. Ratisbona Augustam Vindelicorum, Norimbergam & Ulmam. Eslinga in causis civitatis Consules & Senatum Civitatum Ulmæ, Heilbronnæ, & Reutlingæ, Reutlinga vero Consules & Senatum Ulmæ, Eslingæ & Gamundæ Suevicæ. Licet itaque hæ Civitates sibi invicem jus dicant, & una alterius decisione lites suas committere teneatur, in quo à Curiis Majoribus differunt; in eo tamen cum illis conveniunt, quod eo ipso una alterius Jurisdictioni haud fiat obnoxia.

Thes. XIX.

Sic quoque res sese habet cum iis Civitatibus, quæ per statutum vel consuetudinem usurpant das Zugrecht, i. e. quando una Civitas apud aliam Consilium quærit & consulit, als Uberlingen gen Rothweil, von Stockach gen Zell, von Nimwegen gen Aach, von Bern gen Freyburg im Brißgaw. Sumitur autem vocabulum Zug hic pro appellationis quodam genere sive pro consultatione. Quando igitur tales Civitates apud alias Civitates pares de sententia, quam tulerunt, cognosci patiuntur, eo ipso una alterius Jurisdictioni minime subjicitur, sed id fit magis in vim consultationis & arbitrariæ prorogationis, Mev. *ad Jus Lub. qu. pr. 2. n. 17. & seqq.* Struv. *D. de Jurisd. prorog. cap. 3. Th. 4.* quam appellationis, cum hæc ad superiorem & non parem dirigi soleat: Hinc illæ appellationem talem recipientes nec compulsoriales nec Inhibitiones decernere, nec exequi possunt, cum par in parem non habeat Imperium, *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept.* sed quæcunque ejus generis requiruntur, in Camera Imperiali impetrari debent. Thomas Michael *D. de Jurisd. Th. 36.* Sic olim & Græci ad peregrina subsellia ob diffidentiam mutuam provocarunt, Besold. *Discurs. Juridic. Polit. de Appellationibus cap. IV. n. 2.* Nec non Helvetii in controversiis publicis componendis eandem usurpant judiciorum rationem, Josias Simlerus *2. de Rep. Helvet. fol. 141. b. apud dict. Besold. Loc. cit.* Sed absonum foret, talibus, ad quæ instituitur provocatio, subselliis attribuere jurisdictionem in hosce populos. Ita & Civitas Helmstadiensis Anno 1364. à Senatu Magdeburgico rogata fuit, ut de damno 4658. marcarum à Brunsvicensibus sibi dato, cognosceret ac judicaret. Ejusdem Civitatis judicium non multo post ab Ernesto Halberstadensi Episcopo, Schöningenses de damno 300. marcarum sibi illato accusante, requisitum fuit. Henr. Meibom. *Orat. de Orig.*

Helmstad. Opusc. p. 549. apud Kemmerich *D. de prorogatione Jurisd. not. ad §. 18. lit. e.* Quoties porro Consilia ab Academiis expetuntur? Num exinde Jurisdictionem sortiuntur in eos, qui se consulunt. Senatus Civitatis Imperialis Giengensis in causis dubiis solet consultare Magistratum Ulmensem; Sed num ille ideo hujus Jurisdictionem agnoscere tenetur? Ad exemplum Universitatum Scabini, qui judiciis assident, nec tamen judices sunt, sed consulendo solum lucem ingenii porrigunt judicibus vel litigatoribus, Brummer *de Scab. C. 9 §. 4.* sæpius consultantur: quorum auctoritas tanta est, ut, quod de jure respondent, velut oraculum celebretur. Hinc eorum pronunciationes s. responsa, quæ Weißthumb dicuntur, adhuc hodie magni æstimantur. At nec hi ulla gaudent jurisdictione, teste Brummero *l. c.* sed ejusdem fere sunt auctoritatis, cujus veteres JCti. qui judicibus de jure solummodo principis auctoritate respondebant. Cum itaque jam satis demonstratum sit, quod Curiis Superioribus, quippe quæ ex mero saltem arbitrio ad sententias ferendas eligebantur, ac Scabinorum & Academiarum instar consultabantur, nulla plane competierit jurisdictio in eos, à quibus fuerunt consultæ; hinc subsisto, Coronidemque Dissertationi impono. Tu vero, Benevole Lector, si quæ judicio Tuo minus congrua viderentur, pro Tua animi æquitate emendabis, idque, quod melius explanari potuisset, supplebis. DEO interim Ter Optimo Maximo sit laus, honor & gloria in sempiterna Secula.

NOBILISSIMO DOMINO RESPONDENTI SUO,
AUTORI DISSERTATIONIS,
S. P. D.

PRÆSES.

Sic redit ad TE, *quod ante* TUUM *fuit, publicâ etiam hâc epistola: Sic* TUA, *quam interpolare nulla ratione, cujus nec lineolam varias ob causas mutare volui,* TIBI *hoc ipso redditur dissertatio. Unam personam quoad cardinem rei defendendæ tantisper TEcum sustinere fas erit; nec ergo laudari istam à me, nec desiderari in eâ aliqua pro præsenti circumstantiarum situ conveniet. Dedisti specimine hoc ex chartis publicis rarioribus momenta rerum quædam non unicuique obvia, verùm talia, quæ gustum juris Germanorum proprii, à Germanorum plerisque adeò neglecti, produnt, quæ intelligentibus amplam meditandi causam suggerunt, quin imo quæ quoque pendentibus ipso facto summi momenti litibus, quod ad decisionem earum adtinet, pondus addunt insigne. In argumentis ergo talibus, per Doctores non adeo tritis, vel voluisse, ne dicam fontes decidendi minimè postremos adiisse, sat erit. Quæ bene, apteque posita & conquisita proinde hîc sunt; ista*

ista TUÆ *diligentiæ*, TUI *ingenii fructus amplectetur Lector. Sin autem nonnulla adjecta forent, quæ ad palatum uniuscujusque non adaptata, quæ longius temporis spatium ad elaborandum forte requisivissent, quæ ipse ego alio hinc inde ordine, qui arbitrarius est, tractavissem, si quædam, aliis visa omnino ad rem facientia non ita plene tacta; Ipse* TU *partim optimè aliâ, quod novi, occasione supplebis emendabisque, (dignum enim est argumentum disquisitione exacta) partim & in rerum præsentia mascule, ut spem concepi, defendes. Nec hæc mea me spes fallet; à primis enim nostræ jurisprudentiæ fundamentis per* TE *jactis assiduum* TE, *alacrem, conjungentem jucundum (i. e. humaniores literas) cum utili ac necessario, & in ordinem ea, quæ percepisti, digerentem subinde deprehendi. Age ergo: Institue certamen hoc literarium. Fiet deinde, quod speras; atque in peculiare Prænobilissimi Domini Parentis solatium & decus ejusmodi etiam præmia* TE *excipient, quæ unà cum studiis prudenter directis bene compositi merentur mores. Vale. Dab.* XVII. *M. Septembris*, MDCCXXXII.

XII.

DISSERTATIO
DE
JURISPRUDENTIA PRINCIPUM, ORDINUMQUE S. ROM. IMP. GERM. PRIVATA.

Pro loco à

JO. JACOBO HELFFERICH, J. U. D.
Ejusdemque modo Prof. Publ. Ordinario Seren. Wurtemb.
Ducis Consiliario, supremique Provocation. Tribunalis Assessore,
defensa, Respondente
JO. FRID. HIEMERO,
Supremi Dicasterii Würtemb. Advocato.

TUBINGÆ, 1730.

§. I.

HAbet & hoc GERMANIA, Patria dulcissima, præ omnibus pene aliis Europæ Regnis & Imperiis præcipuum, nec immerito in peculiari sua felicitate refert, quod, quemadmodum Jura, Regimen Ipsius publicum spectan-